Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et peruasit amon usq; dum mediaret
ceret dies. Eliqui autem dispersi sunt
ita ut non remanerent ex eis duo pa
riter. Et ait populus ad samuelem. Quis
est iste qui dixit. Saul non regnabit
super nos. Date uiros et mittamus
eos. Et ait saul. non occidetur quisq;
in die hac. quia hodie fecit dominus
salutem in israel. Dixit autem samuel
ad populum. Venite et eamus in galgala
et renouemus ibi regnum. Et perrexit
omnis populus in galgala. Et fecerunt
ibi regem saul coram domino in gal
gala. Et immolauerunt ibi hostias pa
cificas coram domino. Et letatus est
ibi saul et omnes uiri israel nimis.

XII

Dixit autem samuel
ad uniuersum israel. Ecce au
diuimus uocem uestram in
omnia que locuti estis ad me. Et con
stituimus super uos regem. Et nunc rex gra
dietur ante uos. Ego autem senui et
incanui porro filii mei uobiscum sunt.
Itaq; conuersatus coram uobis a
adolescentia mea usq; ad diem hanc
ecce presto sum loquimini de me coram
domino. Et coram xpo eius. utrum bouem
cuiusquam tulerim an asinum. Si q;
piam calumpniatus sum. si oppressi
aliquem. si de manu cuiusquam munus
accepi. Et contempsi illud hodie resti
tuam q; uobis. Et dixerunt. Non
es calumpniatus nos neq; oppressisti
neq; tulisti de manu alicui quipiam.
Dixit q; ad eos. testis est dominus
aduersus uos. Et testis xpus eius
in die hac. quia non inuenistis ma
nu mea quipiam. Et dixerunt tes
tis. Et ait samuel ad populum. Do
minus qui fecit moysen et aaron.
et eduxit patres uestros de terra egypti
ad est. Nunc ergo state in iudicio
contendam aduersus uos coram do
mino de omnibus iustitiis domini
quas fecit uobiscum et cum pa
tribus uestris. Quomodo intrauerunt
iacob in egyptum. et clamauerunt pa
tres uesti ad dominum. et misit dominus
moysen et aaron. et eduxit patres ues
tros ex egypto. et collocauit eos in lo
co hoc qui obliti sunt dominum deum suu
et tradidit eos in manu sysare ma
gistri militiae asor. et in manu philis
tinorum. et in manu regis moab.
Et pugnauerunt ad uersus eos postea
autem clamauerunt ad dominum. et dixerunt
peccauimus quia dereliquimus dominum
et seruiuimus baalim et astaroth.
Nunc ergo eripe nos de manu inimi
corum nostrorum. et seruiemus tibi.
Et misit dominus ierobaal. et ba
edan. et barach. et iepte. et samuel
et eripuit nos de manu inimicorum
uestrorum per circuitum. et habitastis con
fidenter. Videntes autem quod naas
rex filiorum ammon uenisset aduer
sum nos. et dixistis mihi nequaquam
sed rex imperabit nobis. cum dominus
deus uester regnaret in uobis. Nunc q;
presto est rex uester quem elegistis et pe
tistis. Ecce dominus deus dedit uob
regem. Si timueritis dominum. et
seruieritis ei. et audieritis uocem eius
et non exasperauerit os domini eius
et uos et rex qui imperat uobis sequa
tur dominum deum uestrum. Si autem
non audieritis uocem domini sed
exasperauerit seruiendum eius erit
manus domini super uos et super pa
tres uestros. sed et nunc state et in

ecce.